

ALEXII AURELII  
P E L L I C C I A

D E

CHRISTIANÆ ECCLESIAE

PRIMÆ, MEDIÆ, ET NOVISSIMÆ ÆTATIS

P O L I T I A

LIBRI SEX DUOBUS TOMIS COMPREHENSI,

QUIBUS ACCEDIT TOMUS TERTIUS

IN DUAS PARTES DISTRIBUTUS,

*In quo Mantisse quedam, & Dissertationes septem habentur.*

EDITIO PRIMA VENETA

Ab innumeris mendis expurgata, quæ in primam  
Neapolitanam irreperant.

TOMUS PRIMUS.



BASSANI, MDCCLXXXII.

—————

S E D P R O S T A N T

V E N E T I I S A P U D R E M O N D I N I .

*Superiorum Permissu, ac Privilegio.*

# LECTORI BENEVOLO.

**E**CCLĒSIATICÆ Antiquitatis Notitiam, quæ latissime patet, statui ad Nieu-poorti exemplum, ea qua potui brevitate, ad compendium conferre. Rem sane in primis operosam sensi; siquidem non exigui operis mihi videbatur tot tantaque capita brevi volumine concludere; eo vel magis quod ea fuit mihi mens, ut non solum primæ Ecclesiæ ætatis, sed mediæ etiam, atque infimæ politiam pertractarem, quod nullus antehac fecerat. Quamquam enim nonnulli nostratum, atque exterorum optimæ notæ Scriptores opus illud aggressi sint, quarto tamen, vel ad summum quinto Sæculo stitit labor, etsi in immensum creverint eorum volumina, ex quibus eadem de causa parum commodi Ecclesiastici Juvenes, ( quos præcipue in præsentiarum spectamus ) capere possunt.

Verum cum ejusmodi opere plurimum indigere Ecclesiæ ministros comperirem, ut facili negotio sternerent sibi viam tum ad Patrum Græcorum, atque Latinorum, tum ad Conciliorum, atque Ecclesiasticæ Historiæ intelligentiam; omni enixus sum studio eo perfungi

# LIBER I.

## *De Ecclesia Christiana.*

**E**CCLĒSIA a Christo condita, in *Episcopo*, & *Clero*, ac omnibus stantibus constituta est, ut ait Cyprianus (a). *Episcopus*, & *Clerus*, quibus jus est in administrandis Ecclesiæ rebus, reliquam plebem regunt. Quamobrem de Ecclesiæ Christianæ, velut de bene recteque ordinatæ Reipublicæ, Politia tractaturi, quæ plebs, ac Christianorum cœtus, quæque ejus instituti ratio sit, primum dicemus: deinde de Clero, atque Episcopis, eorumque potestate ediferemus.

## S E C T I O I.

### *De Christianorum Cœtu.*

**C**hristianæ Plebis duo sunt classes, Catechumenorum prima, quibus minus proprie Christianorum nomen tribuitur, Fidelium τῶν πιστῶν altera, eorum scilicet, qui Baptismum consecuti, Christiano nomine jure gaudent. Primi itaque, qui velut Religionis candidati ad Sacra Mysteria, quibus initiandi erant, se comparabant, Catechumeni appellabantur.

## C A P U T I.

### *De Catechumenis.*

**Q**UÆ a Judæis, vel Ethnicis ad Christianæ Societatis homines transfirent, antequam Sacramentis

(a) *Epist. 69. Edit. Rigalt.*

